ACADEMIA CÆSAREO-REGIA IOSEPHINA MEDICO-CHIRURGICA VINDOBONENSIS LECTURIS SALUTEM.

Augustissimus noster Imperator et Apostolicus Rex IOSEPHUS IIdus quamprimum constituerat Scholam Medico-Chirurgicam a Se ante aliquot annos conditam Academiæ titulo ornare, in eamque omnia transferre, quæ aliis ditionum Suarum Universitatibus privilegia competunt; per easdem simul litteras die decima tertia Februarii anni millesimi septingentesimi octuagesimi sexti datas, et proprio Augustissimi nomine signatas mandavit, ut qui per annos jam in hocce Instituto scientiæ in rebus medicis cum theoreticæ quam practicæ specimina dedissent insignia Chirurgiæ Doctores promulgentur, ac honorentur. Cum itaque expertissimus ac clarissimus vir Wilhelmus Boecking per tres annos, publicus Anatomes et Physiologiæ Professor, non solum præclaram suam eruditionem, quam etiam profundam externe interneque medendi ad ægrorum lectos peritiam exhibuisset abunde; ex potestate atque jussu Augustissimi eundem Wilhelmum Boecking die decima sexta Februarii anni mox dicti Doctorem Chirurgiæ pronunciatum fuisse declaramus. In cujus rei fidem Diploma hoc publicum consueto Imperiali Academiæ sigillo munitum ei dari curavimus. Viennæ Austriæ anno, mense, et die, ut supra.

A. Brambilla
S. S. Cæsar. Majestatis Chiriater
Proto-Chirurgus, Academiæ director
Chirurgiæ Doctor S. S. J. Eques &c.

Josephus Gabriely
Professor prax: med: et
p: t: Vice-director
Academiæ

Joseph Jacob Plenck
Chemiæ et Botanices Professor
atque Secretarius Academiæ.

ACADEMIA CÆSAREO=REGIA IOSEPHINA
MEDICO=CHIRURGICA VINDOBONENSIS LECTURIS SALUTEM.

Augustissimus noster Imperator et Apostolicus Rex IOSEPHUS II.dus quamprimum constituerat Scholam Medico-Chirurgicam a Se ante aliquot annos conditam Academiæ titulo ornare, in eamque omnia transferre, quæ aliis ditionum Suarum Universitatibus privilegia competunt; per easdem simul litteras die decima tertia Februarii anni millesimi septingentesimi octuagesimi sexti datas, et proprio Augustissimi nomine signatas mandarit, ut qui per annos jam in hocce Instituto scientiæ in rebus medicis cum theoreticæ quam practicæ specimina dedissent insignia Chirurgiæ Doctores promulgentur, ac honorentur. Cum itaque expertissimus ac clarissimus vir Wilhelmus Boecking per tres annos, publicus Anatomes et Physiologiæ Professor, non solum præclaram suam eruditionem, quam etiam profundam externe interneque medendi ad ægrorum lectos peritiam exhibuisset abunde; ex potestate atque jussu Augustissimi eundem Wilhelmum Boecking die decima sexta Februarii anni mox dicti Doctorem Chirurgiæ pronunciatum fuisse declaramus. In cujus rei fidem Diploma hoc publicum consueto Imperiali Academiæ sigillo munitum ei dari curavimus. Viennæ Austriæ anno, mense, et die, ut supra.

A. Brambilla
S. S. Cæsar. Majestatis Chirurgus
Proto-Chirurgus, Academiæ Director
Chirurgiæ Doctor, S. I. I. Eques &c.

Joseph Gabriely
Professor prax: medi: et
p. t. Vice-director
Academiæ

Joseph Jacob Plenck
Chemiæ et Botanices Professor
atque Secretarius Academiæ.

Dypl. 539

1786